ZEHNTER JAHRESBERICHT

ÜBER DAS

REALPROGYMNASIUM ZU DIEDENHOFEN

SCHULJAHR 1880—81

WOMIT ZU DEN ÖFFENTLICHEN PRÜFUNGEN AM 12. AUGUST

EHRERBIETIGST EINLADET

Der DIRECTOR Dr. GREVE.

INHALT: 1) *De versibus anapaesticis Plautinis*, vom Gymnasiallehrer Voss.
2) *Schulnachrichten*, vom DIRECTOR.

DIXIÈME COMPTE-RENDU ANNUEL

SUR LE

COLLÉGE DE THIONVILLE

POUR L'ANNÉE SCOLAIRE 1880|81

ET

INVITATION AUX EXAMENS PUBLICS

QUI AURONT LIEU LE 12 AOUT.

1881. Prog. Nr. 447.

DIEDENHOFEN.
DRUCK DER F. HOLLINGER'SCHEN BUCHDRUCKEREI.
1881.

ZEHNTER JAHRESBERICHT

ÜBER DAS

REALPROGYMNASIUM ZU DIEDENHOFEN

SCHULJAHR 1880—81

WOMIT ZU DEN ÖFFENTLICHEN PRÜFUNGEN AM 12. AUGUST

EHRERBIETIGST EINLADET

DER DIRECTOR Dr. GREVE.

INHALT: 1) *De versibus anapaesticis Plautinis*, vom Gymnasiallehrer Voss.
2) *Schulnachrichten*, vom DIRECTOR.

DIXIÈME COMPTE-RENDU ANNUEL

SUR LE

COLLÉGE DE THIONVILLE

POUR L'ANNÉE SCOLAIRE 1880/81

ET

INVITATION AUX EXAMENS PUBLICS

QUI AURONT LIEU LE 12 AOUT.

1881. Prog. Nr. 447.

DIEDENHOFEN.
DRUCK DER F. HOLLINGER'SCHEN BUCHDRUCKEREI.
1881.

DE

VERSIBVS ANAPAESTICIS PLAVTINIS.

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORVM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GEORGIVS VOSS

SEDINENSIS.

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLXXXI.

1881. Progr. Nr. 447.

DE

VERSIBVS ANAPAESTICIS PLAVTINIS.

PARS PRIOR.

DE VERSIBVS ANAPAESTICIS PLAVTINIS.

PRAEFATIO.

Ex omnibus quibus Plautus cum in aliis scaenis tum in canticis metrorum uarietate insignibus usus est numeris summas difficultates eis qui fabulas Plautinas emendandas curant praebent anapaesti, quorum de metrica prosodiacaque licentia in diuersissimas partes secesserunt uiri docti. Et profecto qui obiter attigerit scaenas anapaesticas infinita neque ullius fere condicionis uinculis adstricta licentia compositas uel saltem traditas esse sibi persuadeat. Itaque mirum non est alios, quo in numero C. H. Weisius est, in concedenda alios in deneganda uenia finem et modum excessisse. Quamquam autem constat T. Maccium in condendis anapaestis in summas angustias adductum esse, quoniam lingua Latina illo tempore cum minus apta esset ad quodlibet ascendens metrum, maxime repugnauit cum anapaestico numero — quae res Terentium commouit, ut asperiorem illam compositionem repudiaret — et quamquam consentaneum est tantis in angustiis versantem poëtam plus sibi licentiae indulsisse in anapaestis quam aliis in numeris, tamen incredibilem illius ueniae copiam, qua nunc scatent scaenae Plautinae, ex parte inscitia et neglegentia librariorum ortam et aequabilius puriusque numerorum Plautinorum genus oblitteratum esse ueri non est dissimile.

Quo magis autem obscurata est euanuitque memoria artis Plautinae metricae, eo clarius elucet ingenium acerrimaque mentis acies, quibus praeditus Godofredus Hermannus totius de anapaestis perscrutationis aditus patefecit.

Subtilissimo iudicio post Hermannum Fridericus Ritschelius accessit ad artem metricam, minorem tamen laudem meritus in anapaestis quam aliis in numeris. Qui primus seuere segregandam esse diuersam diuersorum et metrorum et singulorum eiusdem numeri generum licentiam animaduertit. Sed inuitus, quod omni ope et opera euitare enitebatur, meliorem de elegantia Plautina in anapaestis imbibit opinionem quam ut praeiudicatam deponere potuerit. Quamuis igitur aequo animo errores, si quibus ductus esset, confiteri et tollere soleret, tamen insitas uetustasque ab anapaestis et syllabarum correptionibus cogitationes auocare non contigit uiro praeclarissimo ita, ut sub ipsum uitae finem castigaret anapaestorum uenatores ardentiores pruritumque anapaesticum in disputatione illa quae inscribitur *Philologische Unverstaendlichkeiten* (Mus. Rhen. XXXI, 1876, p. 530 sqq. = opusc. III p. 144 sqq.).

Seueriore in libros manuscriptos obseruantia haud exiguam partem anapaestorum Plautinorum feliciter sanauit Guilelmus Studemundus praeceptor meus, cuius de meritis discipulum non decet longius disserere.

Acerrime omnium quaestionem illam lubricam nuper retractauit C. F. W. Muellerus, qui non mediocri ingenii ui praeditus et codicum fide, ut par est, nisus magnam resuscitauit controuersiam de licentia aut legibus poëtae uindicandis. Sed quamuis non pauca eorum, quae uir ille doctissimus de metri anapaestici natura statuit, suspicionem moueant, haud

pauca eum probabiliter perspexisse quiuis concedet, qui lectionem numerorum duritia impeditorum sustinuerit.

Perpetua autem, non breui atque concisa quaestione de uersuum anapaesticorum constructione cum nemodum uirorum doctorum quaesiuerit[1]), ipse tiro quibus normis legibusque circumscripta fuerit illa licentia indagare atque sub unum conspectum ponere conabor, in eam spem ingressus, quo magis negotii exhibeat illa disciplina, eo facilius liberationem culpae impetraturum me esse, si quid in indagandis legibus peccauerim. Felici uero casu contigit mihi, ut, dum Argentorati dego, G. Studemundus liberalissime, ut solet, mecum communicaret codicum Plautinorum *A B C D J* lectiones ab ipso enotatas.

Sed ne praecipiti ac lubrica uia progredi uideamur, ab eis scaenis initium faciendum est, quae longiore serie uersuum *κατὰ στίχον* repetitorum insignes sunt, unde facillime quid res ferat perspicias. Deinde progrediendum erit ad eas scaenas, quae etsi non *κατὰ στίχον* decurrunt, sed hic illic aliis metris uariantur, tamen certo quo traditae sunt tamquam cursu ac leuiore scripturae deprauatione minorem obiciunt dubitationem. Excludam autem in praesens omnes eos uersus, qui sparsim inserti canticis metiendi ratione dubia in anapaestorum quidem formam cogi possunt, sed non certam leges anapaestorum cognoscendi faciunt fidem.

Totam de anapaestis quaestionem, ne iterum tractare quae iam attigerimus oporteat, in duas partes diuidam, priore in capite comprehensurus uerba scriptoris, in altero leges ex uerbis haustas explicaturus. Quam commentationem cum totam in programmate scholae huius oppidi publici iuris facere in animo mihi esset, tamen urgentibus operis et otium et libri me defecerunt ita, ut in ipsa tractatione materiae iam antea collectae subsistere cogerer ne priore quidem capite ad finem perducto. Reliquam autem partem cum prioris capitis tum totius libelli propediem editum iri spero.

In dinumerandis uersibus Plauti fabularum editiones praeter nouem Ritschelianas secutus sum has:

Amph. Rud.	ed. A. Fleckeisen.
Asin. Epid. Curcul.	ed. G. Goetz.
Poenul. Casin.	ed. C. E. Geppert.
Capt.	ed. Iul. Brix.
Aulul.	ed. W. Wagner.
Cistell.	ed. Gronouius.
Trucul.	ed. A· Spengel.

[1]) Ea quae de uersuum Plauti anapaesticorum prosodia nuperrime exposuisse P. E. Sonnenburgium comperi, nondum contigit mihi ut ipse examinarem.

Scripsi Theodonis uillae mense Iunio anni MDCCCLXXXI.

Georgius Voss.

Caput I.

VERBA PLAVTINA CONTINENS.

Luculentissimum exemplum anapaestorum longiore serie κατὰ στίχον repetitorum, descriptum a Godofredo Hermanno clem. doctr. metr. p. 405 sqq., extat in

Mil. Glorios. 1011 sqq. (IV 2, 20 sqq.):

Palaestrio. Erit ét tibi exóptatum óbtingét: bonum habe ánimum, né formída.
Homo quídamst quí scit, quód quaeris ubi sít. *Milphidippa.* Quem ego híc audíui?
Pal. Sociúm tuórúm concíliorum ét partícipem cónsiliórum.
Milph. Tum pól ego id, quód celo, haúd celo. *Pal.* Ímmo et célas ét non célas.
Milph. Quo argúmento? *Pal.* Ínfidós celás: ego súm tibi fírme fídus.
Milph. Cedo sígnum, si hárum Báccharum és. *Pal.* Amat múlier quaédam quéndam.
Milph. Pol istúc quidem múltae. *Pal.* At nón multaé de dígito dónum míttunt.
Milph. Enim cógnoui nunc: fécistí modo mi éx proclíuo plánum.
Sed hic númquis adést? *Pal.* Vel adést uel nón. *Milph.* Cedo té mihi sólae sólum.
Pal. Brevin án longínquo sérmoní? *Milph.* Tribu(s) uérbis. *Pal.* Iam ád te rédeo.
Pyrgopolinices. Quid? ego híc astábo tántispér cum hac fórma et fáctis frústra?
Pal. Patere átque astá: tibi ego hánc do operám. *Pyrg.* Propera: ⟨éxspectá⟩ndo excrúcior.
Pal. Pedetémptim tu hás scis tráctarí solitás esse húius modi mércis.

Et in hac scaena et in reliquis omnibus p o t i o r e m *librorum manu scriptorum discrepantiam subscripsi.* A^s *significat libri rescripti Ambrosiani apographum Studemundianum.* 1013 conciliorum *B C*, consiliorum *D* ‖ consiliorum] consiliarium *BCD*, celatorum *R(itschl)*, soci⟨enn⟩um t. consiliorum e. p. insidiarum *Haupt Herm. II 215*; *in* A^s *hic uersus in* -o(ru)m *exire uidetur* 1014 immo et celas et *Luchs Herm. XIII 502 sqq.*, immo etiam sed *C D*, immo et etiam set *B*, immo etiam sic *Bothe; in* A^s *hic uersus exit in* s et non celas 1015 f(i)r(me)f(i)dus A^s, *ut fere uisum est Studemundo*, firme fidus *R*, firma fides *B*, firme fidelis *C D* 1016 harum] harunc *BCD*, *conf. Studemund in annal. philol. 1876 p. 60.* 1017 istuc quidem A^s *B C D*, *an* istudquidem *scribendum?* 1018 planum *Gulielmius*, patrem *B C D* 1021 frustra *Brix*, sit frustrã *B*, si sic frustram *C D* 1022 propera exspectando *R*, properando *B C D* 1023 has scis *Brix*, hec scis *B*, haec scis *C D*, scis *R* 1023 tractari solitas esse *R*, tractare sole *B*, tractare soles hasce *C*, tractare sole&s hasce *D*, tractare ita solitu's has *Hermann* (*thesi sedis quartae inusitatius soluta*)

Pyrg. Age age, út tibi máxume cóncinnú⟨m⟩s⟨t⟩. *Pal.* Nullúmst hoc stólidiu(s) sáxum.
Redeo ád te. quíd me uóluisti? *Milph.* Quo pácto hoc óccipiam, áperi.
Pal. Vetus ádfero ⟨ego⟩ ád te cónsiliúm, quasi hu⟨n⟩c dépereát. *Milph.* Teneo ístuc
Pal. Conlaúdató formam ét faciem ét uirtútis cómmemoráto.
Milph. Ad eám rem habeo ómnem aciém, tibi ut⟨í⟩ dudúm clam démonstráui.
Tu cétera cúra et cóntempla ét de meís uenátor uérbis.
Pyrg. Aliquám mihi pártem hodie óperae dés deníque: iam tándem ades ígitur.
Pal. Adsum: ímpera, sí quid uís. *Pyrg.* Quid i(l)laéc narrát tibi? *Pal.* Lámentári
Ait íllam míseram, crúciari ét lacrumántem se ádflictáre,
Quia tís egeát, quia té careát: ob eám rem huc ád te míssast.
Pyrg. Iube adíre. *Pal.* At scín quid tú faciás? face té fastídi plénum,
Quasi nón lubeát: me inclámató, quia síc te uólgo uólgem.
Pyrg. Memini ét praecéptis párebó. *Pal.* Voco⟨ne⟩ érgo hanc, quaé te quaérit?
Pyrg. Adeát, si quíd uolt. *Pal.* Sí quid uís, adi, múlier. *Milph.* Púlcer, sálue.
Pyrg. Meúm cógnoméntum cómmemorát. di tíbi dent quáecumque óptes.
Milph. Tecum áetatem éxigere út liceát. *Pyrg.* Nimium óptas. *Milph.* Nón me díco,
Sed erám meám, quaé te démoritúr. *Pyrg.* Aliaé multae ídem istuc cúpiunt,
Quibu(s) cópia nón est. *Milph.* Écastór haud mírum, sí ⟨te⟩ habes cárum,
Hominém tam púlcrum et praéclarúm uirtúte et fórma ⟨et⟩ fáctis.
Heus, dígniór fúit quisquam, hómo qui essét? *Pal.* Non hércle humánust érgo:
Nam uólturió plus húmaní credóst. *Pyrg.* Magnúm me fáciam
Nunc, quóm i(l)laec mé sic cónlaudát. *Pal.* Viden tu ígnauom, út sese ínfert?
Quin tu húic respónde: haec íllaec ést ab i(l)lá quam dúdum ⟨díxi⟩.
Pyrg. Qua⟨na⟩m áb i(l)larúm? nam ita me óccursánt multaé: meminísse haud póssum.
Milph. Ab i(l)lá, quae dígitos déspoliát súos ét túos dígitos décorat:

1025—1026 *nondum persanati sunt*; *uersus* 1026 *in* A^s *incipit ab* uelis(ut)a *litteris. Quamquam eadem uel adeo maiore probabilitate alia* (*ueluti* hunc conciliem *pro* hoc occipiam) *proponi possunt*, *Kochii* (*annal. philol. 1870 p. 64 sq.*) *coniecturam e. g. supra exhibui*; hoccilium accepi Velis ut *B*, hoc cilium apeli Vaelisit *C* D^a (hoc consilium aperi *emendat* D^c). *Personas libri distribuunt hoc modo*: PA. Quasi... MIL. Teneo istuc. PA. Conlaudato. *Alii alia coniecerunt*: hoc dudum accepi, Istuc fero ego *Hermann*; hoc dudum accepi, Calidum refero *Ritschl*; hoc aps te accepi, Vide sis, refero *O. Ribbeck Mus. Rhen. XII p. 609;* obsidium occipiam Velim, sis, feras *Bugge Philol. XXX p. 648* 1028 uti *Hermann*, ut *B C D* ‖ clam *B*, iam *C D* 1030 ades igitur *Brix*, ades ilico *B C D*, ades illuc *Hermann*, ilico adesdum (*deleto* iam) *R* 1034 face te *Camerarius*, facite *B*, facito *C D* 1036 uocone *R* (*in adnotatione*), uoco *B C D*, uoco ego *Hermann* 1038 commemorat *Hermann*, commemorauit *C D*, quis commerauit *B* 1040 aliae multae *Brix*, multae aliae *B C D* 1042 praeclarum *R*, praeclarã *B*, pr(a)eclara *C D* ‖ forma et *Camerarius*, formã *B*, forma *C D*, fortem *R* 1043 Heus *C D*, Heuis *B*, Deus *Brix* ‖ humanust ergo *Haupt Herm. II 215*, humanum stergeo *B C D*, humanust credo *Hermann* 1045 quom illaec me sic *R*, quo illic me illic *B*, illic me illic *C*, quoniam illic me illic *D*, quoniam illaec me *Hermann* 1046 haec illaec *Pylades*, haec illic *B C*, hec illi *D* ‖ dixi *addidit Reizius* 1047 Quanam *Camerarius*, Quam *B*, Qua *C D*; *an fuit* Qua ab íllarúm?

Nam hunc ánulum ab ⟨ílla⟩ túi cupiénti húic détuli, hic ⟨ád te⟩ pórro.
Pyrg. Quid núnc tibi uís, muliér, memora. *Milph.* Vt, quae té cupit, eám ne spérnas,
Quae pér túam núnc uitám uiuít: sit nécne sit, spés in te únost.
Pyrg. Quid núnc uolt? *Milph.* Té compéllare ét compléctí et cóntrectáre.
Nam nísi tu illí fers súppetiás, iam illa ánimum déspondébit.
Age, mi Áchilles, fíat, quód te oró: serua íllam púlcram, púlcer.
Pal. Exupróme benígnum ex te íngeniúm, urbícape, occísor régum.
Pyrg. Eu hercle ódiosás res: quótiens hóc tibi, uérbero, ego ínterdíxi,
Méam né sic uólgo póllicitére operam? *Pal.* Aúdin tu ⟨ístuc,⟩ múlier?
Dixi hóc tibi dúdum et núnc dicó: nisi húic uérri adfértur mérces,
Non híc súo séminió quemquám porcéllam inpértitúrust.
Milph. Dabitúr, quantum ípsu(s) pretí poscét. *Pal.* Talentúm Philippum húic opus aúrist.
Minus ab nemine accipiet. *Milph.* Eu ecastor nimis uilest tandem.
Pyrg. Non míhi auarítia umquam ínnatást: satis hábeo díuitiárum.
Plus mi áuri míllest módiorúm Philippí. *Pal.* Praetér thensaúros.
Tum argénti móntis, nón massás habet: Aétna mons nón aeque áltus⟨t⟩.
Milph. Eu ecástor [hominem] périurum. *Pal.* Vt ludó? *Milph.* Quid ego? út sublécto? *Pal.* Scíte.
Milph. Sed amábo mé mitte actutúm. *Pal.* Quin tu húic respóndes áliquid,
Aut fácturum aút non fácturúm? quid illám miseram ánimi excrúcias,
Quae númquam mále de té meritást? *Pyrg.* Iube eámpse exíre huc ád nos:
Dic me ómnia quáe uolt fácturúm. *Milph.* Faci(s) núnc ut ⟨té⟩ facere aéquom⟨st⟩,
Quom, quáe te uólt, eándém tu uís, *Pal.* Non ínsulsum húic ingénium⟨st⟩.
Milph. Quomque óratrícem hau spréuisti sistíque exórare éx te.

1049 ab ⟨illa⟩ tui cupienti huic detuli, hic ⟨a. t.⟩ p. *Bugge Philol. XXX p. 649,* cupientis huic detuli *B* (ab tui *om.*), ab tui cupientis (-tes *C*) huc detuli huic *CD*, ⟨ego⟩ ab tui cupienti huic detuli hic *R* (*addito* ad te), ab tui cupiente huc nunc detuli ego huic; hic *Hermann* 1051 sit nec ne sit *CD*, si nec sit *B; an* sit nec sit *scribendum cum Z?* 1054 pulcram pulcer *Brix*, pulchram pulchre *libri* pulcer pulcre *R* 1058 pollicitere *Hermann*, pollicitare *B*, polliciteres *CD^a*, pollicitares *D^c*, pollicitarere *C. F. W. Mueller Pros. Pl. p. 630 neglecta contra libros dihaeresi* 1058 istuc *add. Hermann (in adn.) suo iure*; *nam, quod infra docebimus, hiatum in anap. non excusat sola personarum mutatio* 1060 porcellam *Reizius,* proculem *B CD* 1062 *u. corruptissimum nemodum uirorum doctorum persanauit. Ne iaciam infirma huius quaestionis fundamenta, hunc uersum in praesens omittam* 1065 Aetna mons non aeque altust *defendit C. F. W. Mueller l. l. p. 418*; (a)ethna mons non aeque altos (altus *D^b*) *CD*, non eque altos *B*; *G. Loewe anal. Plaut. p. 215 sqq. probabiliter conicit:* Aetina non aeque altast 1066 hominem *deleuit Bothe* 1067 me mitte *Bothe*, mitte me *B D*, mittite me *C*, mittito me *Hermann* 1070 ut te facere aequomst *R*, facere aequom *B*, ut facere aequum *CD*, ut te facere aequum *Hermann* 1071 Quom, quae te *Bothe*, Quodque *B*, Quodq te *D e corr.*, Quodipte *C*, Quom quae illaec *R* ‖ eandem *CD*, eadem *B quod dubito an seruandum sit* ‖ insulsum huic ingeniumst *R*, hoc (h̄ *D*) insulsum hinc ingenium *B C D* 1072 Quomque *Bothe*, Cumque me *CD*, Qm̄ me *B* ‖ haud *Camerarius*, hii *B*, hic *CD*

Quid est, út ludó? *Pal.* Nequeo hércle ⟨e⟩quidém risu ádmoderárier. ⟨háhahae.⟩
Milph. Ob eám causam húc abs te áuortí. *Pyrg.* Non édepol tú scis, múlier,
Quantum égo honorém nunc ílli habeó. *Milph.* Scio et ístuc ílli dícam.
Pal. Contra auro alii hánc uendére potuít operám. *Milph.* Pol istúc tibi crédo.
Pal. Meri béllatóres gígnuntúr, quas híc praegnátis fécit,
Et púeri annós octíngentós uiuónt. *Milph.* Vae tíbi, nugátor.
Pyrg. Qui⟨n⟩ mílle annórum pérpetuó uiuónt ab saéclo ad saéclum.
Pal. Eo mínu(s) dixí, ne haec cénserét me aduórsum sé mentíri.
Milph. Perií, quot hic ípse annós uiuét, quoius fílii tám diu uíuont?
Pyrg. Postrídie nátus sum égo, muliér, quam Iúppiter éx Ope nátust.
Pal. Si hic prídie nátu(s) forét quam illést, hic habéret régnum in caélo.
Milph. Iam iám sat amábost: sínite abeám, si póssum, uíua a uóbis.
Pal. Quin érgo abis, quándo résponsúmst? *Milph.* Ibo átque illam húc addúcam,
Proptér ⟨quam⟩ operást mihi. númquid uís? *Pyrg.* Ne mági(s) sim púlcer quám sum:
Ita mé mea fórma habet sóllicitúm. *Pal.* Quid hic múnc stas? quín abis? *Milph.* Ábeo.
Pal. Atque ádeo, audín [tu]? dicíto docte ét cordáte. *Milph.* Vt cór ei sáliat.
Pal. Philocómasió dic, si ést istíc, domum ut tránseat: húnc hic ésse.
Milph. Hic cúm ⟨mea⟩ erást: clam nóstrum hunc ⟨hínc⟩ sermónem súblegérunt.
Pal. Lepidé factúmst: iam ex sérmone hóc gubernábunt dóctius pórro.
Milph. Remoráre: abeó. *Pal.* Neque té remoró⟨r⟩ neque té tago néque te — táceo.
Pyrg. Iube máturáre illam éxire húc, iam istí[c] rei praéuortémur.

1073 equidem *Bothe*, quidem *B C D* 1073—1074 admoderarier. ⟨hahahae⟩. MI. Ob *Studemund in scholis Argentorati habitis,* risum ac moderarier MI. Ob *B*, risu meo moderarier MI. Ob *C D* (Ab *pro* Ob *C*), risu med admoderari. Ob *Hermann*, risu admoderarier. MI. Ergo Ob *R* 1078 Ei pueri *C. F. W. Mueller suppl. ad Pros. Pl. p. 134*; *cf. Luchs: z. Lehre von d. Genetivbildg. d. lat. Pronom. p. 28* 1079 Quin *F Z*, Qui *B C D cum Nonio* 1086 Propter quam *R*, Propter *B C D* 1087 hic nunc *C D*, nunc hic *B* 1088 tu *del. Bothe* 1089 si est istic *Brix*, est hic *B*, si est hic *C D*, si est nunc hic *Hermann*, si east hic *R* 1090 mea *add. Gruterus* ‖ clam nostrum hunc hinc *C. F. W. Mueller suppl. ad Pros. Plaut. p. 134*, clam nostrum hunc *B C D*, clam nostrum nunc *Hermann*, nam clam nostrum hunc *R* 1092 *initio Ritschelium secutus sum*; PA. Rememorare MIL abeo neque te remoro (moro *B*) *B C D* ‖ te tago neque te *Bothe*, te tango neque te *C D*, et agone que et *B* 1093 isti *Pylades*, istic *B C D*

Cum septenariorum una sed ea praestantissima scaena praebeat certam ratiocinandi uiam, qua ab exploratis profectus ad exploranda possis progredi, non aeque felici casu utimur in uersibus octonariis, qui ut saepe immixti sunt septenariis ita raro **κατὰ στίχον** compositi perpetua serie decurrunt. Itaque hi legum cognoscendarum minus certam praebent ansam. Longiore autem serie octonariorum composita est in Aulularia scaena nona actus quarti, ad quam Godofredus Hermannus uix satis probabiliter rettulit L. Cornelii Sisennae iudicium: „Haec scaena anapaestico metro est; sed concisa sunt, ut non intellegas" (Sisenna apud Rufinum comm. in metra Terentiana p. 561 ed. Keil). Hermannus elem. doctr. metr. p. 411 primos nouem uersus solos anapaesticos tetrametros esse uoluit „quos sequantur iambici tres octonarii unusque septenarius, deinde uersus anapaesticus Aristophaneus et paroemiacus" nimia, ut uidetur, concessa numerorum mutatione. Anapaestos usque ad Euclionis uerborum finem continuauit O. Seyffertus Philol. XXVII p. 438 recto in uniuersum usus iudicio. Anapaestos nuper descripsit etiam Wagner in editione a. 1876 publici iuris facta.

Aulul. IV 9, 1—14 (705—719).

1 (705) *Euclio.* | Perii, ínterii, óccidi! quó currám? quo nón currám? | tene, téne! quem? quís?
Nescio͡, nil uídeo: cáecus eo átque | equidém quo eam aút ubi sim aút qui sím, |
3 Nequeó cum animó certum ínuestígare: óbsecro uós ego, mi aúxilió
Oro, óbtestór, sitís et hominém demónstretís qui eam ábstulerít.
5 Quid est? quíd ridétis? nóui omnés: scio͡ fúres ésse hic cómplurés,
Qui uéstitu ét creta óccultánt sese átque sedént quasi sínt frugí.
7 Quid aís tu? tíbi credére certúmst: nam essé bonum ex uóltu cógnoscó.
8 Hem, némo habet hórum? occídistí. dic ígitur, quís habet? néscis?
9 Heu mé miseré miserúm, perií: male pérditu(s) péssume ornátus eó:
10 Tantúm gemiti ét malae máestitiaé mi hic díes optúlit, famem et páuperiém.
11 Perdítissumus égo sum omnium | ín terrá:
12 Nam quíd mi opust uíta quí tantum aúri | pérdidi, quód custódiuí
13 Sed(u)lo? égomet mé defraúdauí | animúmque meúm geniúmque meúm:
14 Nunc éo alii l⟨a⟩étificántur |
15 Méo málo et damnó: pati néqueo.

Linea | *significaui uersuum in B D J diuisionem a nostra discrepantem* 1 non *B J*, nunc *D* 4 qui *J*, quis *B D*, quis *C. F. W. Mueller Pros. Pl. p. 52* ‖ *Versus qui nobis quintus est legitur in B D J post u.* 7. 5 quid ridetis *J*, quod ridetis *B*, quid deridetis *D* 7 Quid *B D*, quis *J* ex] et *B D J* 8 Em *B D* 9 misere miserum *Oscar Seyffert*, miserum miserum B^b *D J*, miserum miserum misere B^b 10 gemiti *Nonius 487, 21 et Priscianus inst. VI 73*, gemit te B^a, gemitię B^b, gemitte *D*, gemite *J* malae maestitiae *Priscianus*, mali mestitiae B^a, mali mestitiaeque B^b, mali magestitiae *D*, mali maestitiae *J et Nonius* ‖ mihi hic dies *Nonius et Priscianus*, hic dies mihi *B D J* 12 opus est *B D J* ‖ *Versus in J solo non post* omnium *terminatur sed post* terra ‖ custodiui *J*, concustodiui *B*, concustidiui *D* 13 me fraudaui *J* 15 Mea *D*

Rudent. IV 2, 23—32 (928 sqq.).

928 *Gripus.* Nunc síc faciám, sic cónsiliúmst: ad erum út ueniám docte átque astú[te]
Pauxíllatím pollícitabór pro cápite argéntum, ut sím libér.
930 Iam ubí libér ero, igitúr demúm instrúam agrum atque aédis, máncipiá:
Nauíbu(s) magnís mercáturám faciam: ápud regés rex pérhibebór.
932 Post ánimi cáusa míhi nauém faciam átque imitábor Strátonicúm.
Oppída circúmuectábor. ubí nobílitas méa erit clára,
934 Oppídum magnúm commoénibó: ei ego úrbi Grípo indám nomén,
Monuméntum méae famae ét factís, ibi[que] régnum mágnum instítuam.
936 Magnás res híc agito ín mentem ínstrueré. nunc húnc uidúlum condám.
Sed hic réx cum acéto pránsurúst et sále, sine bóno pulménto.

Rudent. 956—962 (IV 3, 15 sqq.)

956 *Trachalio.* Furtum égo uidí qui fáciebát: no[ue]rám dominum íd quoi fíebát.
Post ád furem égomet déuenió feroque éi condícionem hóc pactó:
958 | Ego istúc furtúm scio quói factúmst: | nunc míhi si uís dare dímidiúm, |
Indícium dómino nón faciám. | is míhi nihil étiam réspondít. |
960 Quid inde aéquomst dári mihi? | dímidiúm uolo ut dícas. | *Gripus.* Ímmo hercle étiam plús.
Nam nísi dat, dómino dícundúm censéo. | *Trach.* Tuo cónsilió faciám.
962 Nunc áduorte ánimum: námque hoc ómne attínet ad té. | *Grip.* Quid fáctumst?

Anapaesticis octonariis, ab Fr. Ritschelio asseueranter addubitatis, scripta est scaena in Trin. IV 1, 1 sqq., quam in anapaestos saltem exire animaduertit Geppert de cod. Ambros. p. 94, accuratius rectiusque, ut alios omittam, tractauerunt Guil. Studemund de cant. Plaut. p. 56 sq., Brix in Trin. fab. editionibus (praeter recentissimam), C. F. W. Mueller Pros. Plaut. p. 112.

---

928 *Anapaestos agnouit C. F. W. Mueller Pros. Pl. p. 245 (cf. adn.), quamuis haud ubique ausim ei assentiri in restituendis uu.* 920—927. *Nam cum* 920—921 *facili opera prodeant anapaesti, asperior exstat u.* 925 *in codd. quam ut octonar. anap. (Mueller. l. l.) possit tolerari, ceteri autem certo nequeunt describi.* 928 astu *Mueller l. l. p. 12,* astute *libri* 930 ero] er *B, spatium trium litterarum habent CD* ‖ atque *B,* ad *CD* 931—932 *uerba* apud reges *usque ad* nauem faciam *om. B* 933 circumuectabor *libri,* circum omnia uectabor *Mueller l. l. p. 12. De mensura* or *syllabae uerbum claudentis infra agemus* 932—936 *alternant inter se octonarii et septenarii* 935 ibique ínstituám regnúm magnúm *Mueller l. l.* 936 in mentem instruere *libri,* ínstruere ín mentém *Mueller l. l.*

956 sqq. *Ducibus G. Hermanno (el. d. m. p. 393) et A. Spengelio uu.* 956—962 *anapaestico scriptos esse numero uoluit C. F. W. Mueller (Pros. Plaut. p. 111). Versuum diuisionem in B significaui linea* | 960 plus *C. F. W. Mueller. l. l. p. 166 et Seyffert in Philolog. XXVI p. 358,* etiam amplius *libri, defensum ab A. Spengelio Plaut. p. 127. Sed cum synizesis nullo altero exemplo comprobetur in pede octauo, probanda est Muelleri coniectura.*

Trinumm. 820—841 (IV 1, 1—23).

Charmides. Salsípotenti ét multípotentí Ioui(s) frátri aethérei Néptunó
Laetús lubens laúdes ágo et gratís gratías[que] habeo ét fluctíbu(s) salsís,
Quo⟨niá⟩m penes ⟨éos fuit méi⟩ potestás, bonis méis quid fóret et méae uitaé,
Quom súis me ex lóceis in pátriam urbém usque ⟨íncolumém⟩ reducém faciúnt.
Atque égo, Neptúne, tibi ánte aliós déos grátias ágo atque habeó summás.
Nam te ómnes sáeuomqué seuerúmque atque áuidis móribu(s) cómmemoránt,
Spurcíficum, inmánem, intólerandúm, uesánum: ⟨ego⟩ cóntra opera éxpertús.
Nam pól placidúm te et clémentém eo usqué modo, ut uólui, usús sum in altó.
[Atque hánc túam glóriam iam ánte auríbus accéperam et nóbiles⟨t⟩ ápud hominés,
Paupéribus té parcére solitúm, díuités damnáre atqué domaré.
Abi, laúdo: scís ordíne, ut aequómst, tractáre hominés. hoc dís dignúmst,
Sempér mendícis módesti sínt.]
Fidús fuísti: ínfidum ésse iteránt. nam apsqué foret té, sat scío in altó
Distráxissént disqué tulissént satellítes túi mé miserúm foedé.
Bonaque ómnia item úna ⟨méa⟩ mecúm passím caerúleos pér campós:
Ita iám quasi cánes, haud sécu(s) circúmstabánt nauém turbínes uentí,
Imbrés fluctúsque atqué procellaé inféusae frángere málum,
Ruere ántemnás, scindére uelá: ni túa propitía pax fóret praestó.
Apage á me sís: dehinc iám certúmst otío dare mé: sati(s) pártum habeó,
Quibus áerumnís delúctauí, filío dum díuitiás quaeró.
Sed quís hic est qui ín plateam íngreditúr

820 salsipotenti *libri, de quo dubitauit R; confirmatur tamen exemplo* salsipotis *Anthol. Lat. 21, 2 R* ‖ aetherei Neptuno *Scaliger,* et nerei neptuni *B C D* 821 et grates gratiasque *libri; asyndeton constitui congruum uerbis sollemnibus* 822 Qm̃ (Quõ *B*) penes me potestas *libri,* Quos penes mei fuit p. *Hermann (troch. restit.),* Quoniam penes eos fuit mei p. *Brix,* Quoniam fuit eos penes mei p. *C. F. W. Mueller l. l. p. 112; utraque lectio dubitationem mouet propter syllabam in quarta sede inusitatius correptam* 823 urbem usque incolumem *R,* urbis cũmã *B,* urbis cumam *C D* 826 ego *add. Hermann* 827 placidum te et clementem *Hermann, quo* eo *add. Lindemann;* placido te et clementi meo *libri* *In uu.* 828—831 *corruptelam latere consentiunt uiri docti (cf. C. F. W. Mueller Pros. Pl. p. 113 et Brix, qui u.* 831 *ut supposicitium cancellis inclusit). Atque mihi quidem uersus aut suppositi uidentur ab interpolatore aliquo aut ex alia Plautinarum fabularum scaena huc delati. Nam non solum uerborum sententia uiri philosophorum modo placide de deorum uirtute praecipientis parum apte inseritur exclamationibus Charmidis senis, qui meditatur quantam debeat Neptuno gratiam, sed repugnat eadem uersibus genuinis* 825—826. *Languet praeterea oratio in uerbis* abi, laudo *neque minus in u.* 831 Semper mendicis modesti sint. *Apte denique subiungatur u.* 832 *uersui* 827 (*omissis* 828—831) 834 mea *post* una *add. C. F. W. Mueller Pros. Plaut. p. 112, ut octonarius fieret ex septenario* 836 *octonarium restit. Mueller, quem hauscio an praetulerim (neque aliter u.* 834) 837 propitia pax *A,* pax propitia *B C D* 838 dehinc iam *A,* deinde hinc *B C D* dare me *A,* me dare *B C D* 840 *sqq. In describendo systemate composito ex tribus dim. acatalectis et paroemiaco A ducem certissimum secutus sum*

Cum nóuo ornatú speciéque simúl?
842 Pol quámquam dómi cupio, ópperiár:
Quam hic rém gerat, ánimum aduórtam.

Bacchid. 1076—1086 (IV 10, 1—11).

1076 *Philoxenus.* Quam mágis in péctore me͡ó foueó, quas méu(s) filíu(s) turbás turbét,
Quam se ád uitam ét quos ád morés praecípitem inscítu(s) capéssat,
1078 Magi(s) cúraest mági(s)que adfórmidó, ne is péreat neú corrúmpatúr.
Sci͡o: fúi ego illa aétate ét feci ílla omnía, sed móre modésto.
1080 Duxi, hábui scórtum, pótauí, edí, donáui: at enim íd raró.
Neque plácitant móres, quíbu(s) uideó nolgó gnatís essé parentís.
1082 Ego dáre [me] ludúm [meo] gnato ínstitui, út animo óbsequiúm sumére possít:
Aequom ésse putó, sed ními(s) noló e͡i désidiaé dare lúdum. |
1084 Nunc Mnésilochúm, quod mándauí,
Viso, écquid eum ád uirtútem | aut ád frugem ópera su͡á compúlerit: |
1086 Sicút eum, sí conuénit, sci͡ó fecísse: e͡ost íngenió natús.

Bacchid. 1087—1105 (V 1, 1—20).

1087 *Nicobulus.* Quicúmque ubi<cúm>que sunt, quí fuerúnt quiqué futurí sunt pósthac
Stultí, stolidí, fatuí, fungí, bardí, blenní, buccónes,
1089 Solús ego omnís longe ántideó stultítia et móribus índoctís.
Perií. pudet: hócine me aétatís ludós bis fáctum esse índigné?
1091 Magi(s) quam íd reputó, tam mágis urór, quae méu(s) filíu(s) turbáuit.
Perdítu(s) sum atque [etiam] éradícatús sum: omníbus exémplis éxcruciór.
1093 Omnía me mála conséctantúr: omníbus exítiis ínterií.
Chrysálu(s) me hodié laceráuit: Chrýsalu(s) mé miserúm spoliáuit:

---

841 gerat animum aduortam] agat gerit animum aduortam *A, omiserunt haec uerba BCD Octonarios uu.* 1076—1086 *omnes constituerunt Ritschl et G. Hermann in edit. (cf. praef. p. V), qui olim in elem. doctr. metr. p. 415 octonarios et septenarios alternare inter se iudicauerat* 1079 ego fui *B uu.* 1080—1081 *inuersum in libris ordinem mutauit Scaliger.* 1080 edi *Mercerus,* dedi *libri* ‖ at *Pareus,* et *libri* 1082 ludum gnato *Hermann in edit.,* me ludum meo gnato *libri* 1083 ei desidiae *ego,* desidiae ei *libri* 1084 *Studemundum (de cant. Plaut. p. 53) secutus sum in describendo dimetro acatalecto; turbatam uu.* 1084—1085 *in B distinctionem lineola | notaui* 1086 *Hermann (in edit.) uu.* 1082—1086 *reconcinnavit octonarios tales:*

Ego dáre ludúm gnato ínstituí, animo óbsequium út sumére possít:
Aequom ésse putó: sed nímis noló. nunc Mnésilochúm, quod mándauí,
Viso, écquid eum ád uirtútem aut ád frugem <ílle> operá sua cómpulerít:
Sicút eum scío, si cónuenít, fecísse: eo est íngenió natús.

1087 ubicumque *ego,* ubique *B,* ubi *CD,* ubi ubi *Hermann elem. d. metr. p. 414,* Qui sunt (*pro* Quicumque) et ubi ubi *idem in edit.,* ubiubique *R* 1092 atque etiam *libri,* atque *Hermann.* ‖ excrucior *B,* crucior *CD.* 1094 *Quamquam persuasum mihi est dihaeresin melius obseruari, tamen non mutaui librorum lectionem, ne praeiudicata opinione causam uiderer aggredi* ‖ me hodie lacerauit

1095 Is mé scelus aúro usque áttondít dolis dóctis índoctum út lubitúmst.
Ita míles mémorat méretricem ésse e͡am quam ílle uxórem esse áiebát,
1097 Omníaque, ut quídque actúmst, memoráuit: eám sibi hunc ánnum cónductám:
Relicúom id aurí factúm, quod ego é͡i stultíssumus hómo promísissém.
1099 Hoc, hóc est quód ⟨cor⟩ péracescít; hoc ést demúm quod pérerucíór:
[Me hoc áetatís ludíficarí: immo édepol síc ludós factúm]
1101 Canó capite átque albá barbá miserúm me auro ésse emúnctum.
Perii, hóc seruóm me͡um nón naucí fácere ésse ausum. átque ego, si álibi
1103 Plus pérdiderím, minus aégre habeám minu(s)que íd mihi dámno dúcam.
Philoxenus. Certo híc prope mé mihi néscio quís loqui uísust: séd quem uídeo?
1105 Hi[c]quidém pater Mnésilochí⟨st⟩. *Nicob.* Eugaé, socium aérumnae ét me͡i máli uideó.

Bacchid. 1149—1206 (V 2, 30 sqq.).

1149 *Bacchis.* Soror, ést quod té uolo sécretó. *Soror.* Eho, amábo, ⟨díc⟩. *Nicobulus.* Quo illae ábeunt?
Bacch. Senem i(l)lúm tibi dédo ultériorém, lepide út lenítum réddas:
1151 Ego ad húnc irátum adgrédiar: póssumu(s) nós hos⟨ce⟩ íntro inlícere huc.
Sor. Me͡um pénsum ego lépide accúrabó: quam odiósumst mórtem ampléxarí.
1153 *Bacch.* Facito út faciás. *Sor.* Taceás. tu tú͡um facito: égo quod díxi haud mútabó.
Nicob. Quid i(l)laéc illíc in cónsilió du͡ae sécretó consúltant?
1155 *Philoxenus.* Quid aís tu, homó? *Nicob.* Quid mé uis?
Philox. Pudet dícere mé tibi quíddam.
1156 *Nicob.* Quid est quód pudeát? *Philox.* Sed amíco hominí tibi, quód uolo, crédere cértumst.
Nihilí sum. *Nicob.* Istúc iam prídem scí͡o: sed quí nihilí's, id mémora.
1158 | *Philox.* Tactús sum uéhementér uiscó.
Cor stímulo fóditur. | *Nicob.* Pól tibi múlto aequíus est cóxendícem. |
1160 Sed quíd istuc ést? etsí iam ego ípse, quid sít, prope scíre putó me:

---

libri, med hodie lacerauit *Hermann* (*elem. d. m. p. 414*), hodie me lacerauit *idem in edit.*, me hodie delacerauit *R* 1096 esse eam quam ille uxorem *B*, esse quam ille uxorem *CD*, quam ille uxorem *Hermann*, esse uxorem quam ille *R* 1097 memorauit eam sibi *libri*, memorat: sibi eam *Hermann* (*in edit.*) 1099 quod cor *Seyffert*, quod *libri*, quod pectus *Hermann*, quo pectus *R* 1100 *u. ad u.* 1090 *exemplum confictum reiecit R* 1106 *Qui sequuntur uu. ab Hermanno olim* (*in elem. doctr. metr. p. 415*) *pro anapaestis sunt habiti, in editione autem rectius baccheis descripti.*

1149 sqq. *anapaestos agnouit Hermann* 1149 dic *add. Seyffert* 1151 intro *BD*, *omisit C Octonarios esse uu.* 1151—1153 *Bergkius uoluit* (*Philol. XVII p. 53 sq.*) 1152 quamquam odiost mortem amplexari *Bergkius* (*cf. Most.* 705) 1153 *soluta quarti pedis arsi offenditur C. F. W. Mueller* (*Pros. Plaut. p. 417 et in suppl. p. 55*) *non recte, cum synizesis statuenda sit* 1155 *dimetros contra B restitui Hermann* mi *addidit post* tu *ad septenarium efficiendum* 1157 iam pridem scio *libri*, scio iam pridem *Bothe Hermann C. F. W. Mueller Pros. Plaut. p. 212* ‖ qui *Guyetus*, quid *libri* ‖ nihili's id *Eduardus Becker*, nihili sit *B*, nihile sit *CD*

| Verum aúdire étiam ex té studeó. *Phil.* Viden hánc? *Nicob.* Video. | *Phil.* Háut malast múlier. |
1162 *Nicob.* Pol uéro istá mala et tú nihilí. *Phil.* Quid múlta? ego amo. *Nicob.* Án amas? *Phil.* *Ναὶ γάρ.*
Nicob. Tun', hómo putíde, amatór is*t*ác fieri aétate aúdes? *Philox.* Quí non?
1164 *Nicob.* Quia flágitiúmst. *Phil.* Quid opúst uerbís? meo fílio nón sum irátus,
Neque té tuost áequom esse íratúm: si amánt, sapiénter fáciunt. |
1166 *Bacch.* Sequere hác. *Nicob.* Eunt éccas tándem
Probri pérlecebrae ét persúastricés: | quid núnc? etiám reddíti(s) nobís
1168 Filíos et séruom? an ego | éxperiór tecúm uim máiorem? *Phil.* Ábin hinc? |
Non hómo tu quídem es, qui istóc pactó tam lépidam inlépide appélles.
1170 *Bacch.* Senex óptume, quántumst ín terrá, sine ⟨me⟩ hóc exórare ábs te,
Vt istúc delíctum désistás tanto ópere ire óppugnátum.
1172 | *Nicob.* Ni abeás, quamquám tu bélla's, |
Malum tíbi magnúm dabo iám. *Bacch.* Patiár. |
Non métuo né quid míhi doleát, quod férias. *Nicob.* Vt blandíloquast. |
1174 Ei míhi, metuo. *Bacch.* Híc magi(s) tránquillúst. |
I hac mécum intro: átque ibi, sí quid uís, filíum concástigáto.
1176 *Nicob.* Abin á me, scélu(s)? *Bacch.* Sine, méa pietás, te exórem. *Nicob.* Exóres tú me?
Sor. Ego quídem ab hoc cérte exórabo. *Philox.* Ímmo ego te óro, ut me íntro abdúcas.
1178 *Sor.* Lepidúm te. *Philox.* At scín quo pácto me ád te intro ábducás? *Sor.* Mecum út sis. |
Philox. Omnía quae cúpio, cómmemorás.
1180 *Nicob.* Vidi égo nequam | hómines: uérum té nemínem detériorem. *Phil.* Íta sum. |
Bacch. I hac mécum intro, úbi tibi sít lepidé uictíbu(s), uino átque unguéntis. |
1182 *Nicob.* Sati(s), sáti(s) iam uóstrist cónuiuí: nil páenitet, út sim accéptus. |
Quadringéntis Phílippis fíliu(s) me ét Chrysálu(s) circúmduxérunt, |
1184 a) Quem quídem ego ut nón excrúciem, |
b) Altérum tantum áuri nón mereám. |
1197 *Bacch.* Tuus ést: unde íllum cénses súmere, nísi quod túte illí dederís?
1185 | Quid tándem, sí dimídium aurí reddítur? isne hác mecum íntro, |
[Atque] ut eis délicta ígnoscás? *Philox.* Faciét. |

1162. *Ναὶ γάρ Weise*, necar *libri* 1164 opust uerbis *Bothe*, opus uerbist *B*, opus uerbis est *CD* 1166 *Haud improbabiliter Hermann lacunam significauit ante* Sequere hac: *uide A. Spengel, (Plaut. p. 133)* 1170 me *add. B*, sine hoc exorarier *Hermann* 1172 *Librorum lectionem seruauerunt Studemund (de cant. Pl. p. 54) et C. F. W. Mueller (Pros. Pl. p. 122 in adnot.)* 1175 ibi *Pylades*, abi *libri* 1180 homines *Lambinus*, hominem *libri. de uu. distributione cf. A. Spengel l. l. p. 133* 1183 Quadringentis *B D*, Quadrigentis *C* *u.* 1197 *huc transposui: uide adnot. ad u.* 1197 sqq. 1186 ut *ego*, atque ut *libri*

1187 *Nicob.* Minumé, noló: nil móror: sine síc. malo íllos úlcisci ámbo. |
Philox. Etiám tu homo níhili, quód di dánt boni, cáue culpá tua amíssis.
1189 Dimídium aurí datur: áccipiás, potésque et scórtum accúmbas.
Nicob. Egon' úbi filíu(s) corrúmpatúr meus, íbi potém? *Phil.* Potándumst.
1191 *Nicob.* Egon, quom háec cum illo áccubet, ínspectem? *Bacch.* Ímmo equidém pol técum accúmbam.
| Te amábo et te ámplexábor.
Nicob. Caput prúrit: périi. uíx negitó. |
1192 *Philox.* Non tíbi, amabó, uenít in mentém,
Si, dúm uiuás, tibi béne faciás, | tam pól id quidem esse háud perlónginquóm,
1194 Neque si hóc hodie ámiséris, post ín morte éuentúrum esse úmquam?
Nicob. Quid agó? *Philox.* Quid agás? rogitás etiám? *Nicob.* Lubet ét metuó. *Bacch.* Quid métuis?
1196 *Nicob.* Ne obnóxiu(s) fíli͡o sim ét seruó. *Bacch.* Mel méum, amabo, ístaec fíunt.
1198 Hanc uéniam illís sine te éxorem. *Nicob.* Vt terebrát: satin' óffirmátum
1199 Quod míhi erat, ⟨iam⟩ íd me exórat?
Tu͡a sum ópera et própter te ímprobiór. *Bacch.* Ne ⟨t⟩ís quam me͡á mauéllem.
1201 *Nicob.* Age iam íd ut ut est, étsi est dédecorí, patiár: facere índucam ánimum.
Bacch. Satin' égo istuc hábeo offírmatúm? *Nicob.* Quod sémel dixi háud mutábo.
1203 *Bacch.* It di͡és: ite íntro accúbitum:
Fíli͡i uos éxspectánt intús. *Nicob.* Quam quídem actutum émoriámur?
1205 *Bacch.* Vespér hic est: séquimini. *Phil.* Dúcite nós quo líbet tamquám quidem addíctos.
Bacch. Lepide ípsi hi súnt captí, su͡ís quí fíli͡is fecére insídias. [ite]

1190 *Sequitur in libris* NIC. Age iam id utut est *etc. quem uersum R apte inseruit post u.* 1200. 1191 accubet *R,* accumbet *libri* 1192 Te amabo et te amplexabor *R collocat in u.* 1199 *post* id me exorat? ‖ amabo, uenit in mentem *ego* (*in quo* uenit *fortasse praesentis est forma temporis*) *ut uitetur in quarta sede syllabae correptio*, uenit in mentem amabo *libri* 1193 iam pol id quidem *libri*, pol id *Hermann*; *pro* iam *scribendum erat* tam (= tamen) *cum Seyfferto* 1196 fiunt *libri*, mitte *Seyffert* 1197 sqq. *tales exhibet B*:

Tuus est. unde illum censes sumere nisi quod tute illi dederis
Hanc ueniam illis sine te exorem NIC. Vt terebrat. satin offirmatum
Quod mihi erat id me exorat.
Tua sum opera et propter te improbior. BAC. Ne is quam mea mauellem
Satin ego istuc habeo offirmatum Quod semel dixi
Haut mutabo BAC. It dies. ite intro accubitum.

ex quibus uersus primus (*R.* 1097) *magnopere sententiae turbat concinnitatem*, *cum minime cohaereat cum praecedentibus Nicobuli uerbis* ne obnoxius filio sim et seruo. *Qua de causa aptius inseratur post u.* 1186 *ad Ritscheliani uersus exemplum*, *si quis malit*, *mutandus. De sequentibus uersibus Ritschelii coniecturas refutauerunt Studemund* (*de cant. Plaut. p. 54*), *A. Spengel* (*Plaut. p. 134*), *C. F. W. Mueller* (*Pros. Plaut. p. 140*) 1199 iam *addidi ipse*, *cum nusquam meminerim me inuenire exemplum syllabae* rat *ancipitis in* erat 1201 iam id utut *BD*, iam utut *R et C. F. W. Mueller l. l. p. 308*; *uide adnot. ad* 1190 dedecori *R*, dedecorum *libri* 1206 ite *om. R*, *collocauit post* uesper hic est (*in u.* 1205) *Hermann*

Cistellar. II 1, 1—15.

1 *Alcesimarchus.* Credo égo amorém primum ápud hominés carnificinám comméntum. |
Hanc égo de mé coniécturám domi fácio, né fori(s) quaéram: |
3 Qui omnés hominés supero, [atque] ántideó cruciábilitátibus ánimi. |
Iactór, [crucior,] agitór, stimulór, uorsór in amóri(s) rotá. miser | éxanimór,
5 Feror, dífferor, dístrahor, díripiór: ita núbilam méntem | animi hábeo.
Vbi sum, íbi non sum: úbi non sum, íbi est animús. |
7 Ita mi ómnia súnt ingénia:
Quod lúbet, non lúbet iam id cóntinuó. |
8 Ita amór lassum ánimi lúdificát:
Fug⟨it⟩át, agit, áppetit, | ráptat,
9 Retinét, iactát, largítur,
Quod dát, non dát, delúdit, |
10 Modo quód su͡asít, dissu͡ádet,
Quod díssu͡asít, id osténtat. |
11 Maritúmis moríbu(s) mecum éxp(e)ritúr: ita me͡úm frangít amantem | ánimum:
Neque nísi quia míser non e͡ó pessúm, mi ulla ábest | perdíto perrnícies.
13 Ita páter apud uíllam détinuít me hos di͡és sex | rúri cóntinuós.
Neque lícitum intéreast méam amicám uisére |: estne hoc míserum mémoratú? |

Reliqua lacuna hausta perierunt.

Trinumm. 1115—1119 (V 1, 1 sqq.).

1115 | *Lysiteles.* Hic homóst omni͡um hóminum práecipuós,
Voluptátibu(s) gaúdi͡isque ántepoténs. |
1117 Ita cómmoda quaé cupio éueniúnt,
[Quod ago, adsequitur, subest, | subsequitur]
1119 Ita gaúdi͡is gaúdi͡um súppeditát. |

Cistellariae II 1, 1 *Versuum in B J descriptio hac lineola | significabitur.* 3 atque *deleuerunt Weise et C. F. W. Mueller suppl. ad Pros. Plaut. p. 124* 4 crucior *deleuit Fleckeisen* (*in annal. philol. LXI p. 30*) exanimor *ex sequente uersu huc aduecto* 5 nubilam *B*, nullam *J, parum feliciter hos uersus tractauit C. F. W. Mueller Pros. Plaut. p. 370* 7 sunt ingenia *ego*, ingenia sunt *B J*, nunc ingenia insunt *Hermann el. d. m. p. 398; dimetros ab Hermanno descriptos probat C. F. W. Mueller l. l. p. 120.* 8 Ita amor *J* (*neque aliter Hermann*), Ita me amor *B, C. F. W. Mueller l. l. p. 89* ‖ fugitat agit *ego*, fugat agit *libri*, fugat agitat *C. F. W. Mueller l. l. p. 370 in adn.* 9 *Dimetros catal. reconcinnauerunt Hermann l. l. et A. Spengel Plaut. p. 130.* 10 *Lectioni uulgatae obsecutus sum*; suasit dissuasit Quodissuasit id *B*, suasit dissuasit id *J* (*omissis* dissuadet quod) 11 experitur *uulgo*, expetitur *B J*

1115. *Quattuor dimetros anap. Hermannus descripsit* (*elem. d. m. p. 393*) *duce Reizio.* omnium hominum *libri defensum ab R in prolegg. ad Trin. p. CXXXIII, postea autem* (*in edit. alt.*) *repudiatum*, hominum omnium *Hermann Brix C. F. W. Mueller Pros. Plaut. p. 422* 1116 antepotens *B*, anteponens *C D* *u.* 1118 *omis. Hermann Brix C. F. W. Mueller l. l. p. 147. contra A. Spengel. Plaut. p. 87;* Quod agó, subit, adsecué sequitur *R* 1119. suppeditat *B*, suppetat *C D*